

AUGUSTISSIMA
IMPERATRIX!
REGINA,
DOMINA, DOMINA
CLEMENTISSIMA!



*Si quod bene, ac sapienter a ma-
joribus nostris institutum, &
frequenti plurimorum anno-
rum usu comprobatum video, ut studiorum
suorum curriculum conjecturi, id non nisi
sub viri cuiusdam auspiciis facere adgre-
diantur, cuius vel præclaris in se, paren-
tesve meritis aliquam referre gratiam ha-*

АМІСАТСВОДА
ІХІЯТА Я ПІМІ
ДАЕДА
ДОМІНА ДОМІНА
ГІЕРУНІСІСІА

beant necesse, vel cuius peculiari freti auxilio utilem se olim patriæ operam navaturos esse confidunt, si inquam pie hoc, si præclare, si prudenter agitur, tum enim vero nulla mihi vel gravior dies, vel felicior atque hodierna potuit illuccescere, qua sub TUIS, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, auspiciis, meas ex universo jure

positiones propugnare, librumque ipsum Sa-
*cratissimo TUO Nomi*n*i liceat inscribere.*

Tanta enim erant, tam innumera, &
AUGUSTA TUA MAJESTATE dignis-
sima, quæ in parentem meum contulisti be-
neficia, ut mihi minima etiam, quæ sese
offerret, gratum, & meritorum memorem
ani-

*animum declarandi occasio videri debeat opta-
tissima. Designasti eum Consulem, consti-
tuisti Excelſ. Infer. Austr. Regim. Consilia-
rium, adscripsisti ornatissimo Equitum or-
dini, & ut benignitas TUA nullo unquam
terminaretur tempore, hunc amplitudinis
gradum ad omnem ejus posteritatem voluisti
pertingere. Quin & parente destitutos fi-
lios*

*lios suaviter adeo consolabare, ut ab AU-
GUSTA TUA beneficentia omnia etiam
juberes exspectare. Beneficia hæc sunt,
quæ nec ille unquam postulare poterat, nec
nos satis prædicare.*

*Enumerasti TU quidem, quæ TUA
benignitas erat, summam ejus in agendo*

**

dex-

dexteritatem, indefessam laborum patien-
tiam, integritatem eximiam, fidelitatem
denique singularem; At si civis cuius de-
mum cunque partes attendamus, & offi-
cium, qui magna satis maximorum etiam
laborum præmia sese retulisse debet existi-
mare, dum præclaræ mentis conscientia fi-
dem faciat, eum a boni viri officio nun-
quam

quam recessisse, si animum ad summam il-
lam, qua nullum præstabilius, nullum put-
crius Dei Optimi munus est, attendamus
felicitatem, dum ei contigit perfungi omni-
bus, quos suscepit labores, sub Imperio
TUO Auspicatissimo, vel putamus, parum
hoc babere jucunditatis, sine ulla etiam mer-
cedis exspectatione omnes conatus, labores

*** 2

omnes,

*omnes, sanguinem ipsum, & vitam subje-
ctorum populorum omnium deliciis Principi
Carissimæ devovere? si inquam ad hæc
mentem adhibeamus, ingratus sit, & omni
TUA, quæ summa est, liberalitate indi-
gnus, qui hæc alio, atque benefacti nomine
audeat compellare?*

Hæc

*Hæc igitur oratio, hic liber, quem-
admodum æternum beneficiorum TUO-
RUM, liberalitatis AUGUSTÆ moni-
mentum erit, ita grati animi indicium,
ita voluntatis, & promptitudinis, totum
me TUIS obsequiis, TUO honori devo-
vendi sit argumentum, quod ut omnibus vi-
ribus præstem, faciat Deus Optimus Ma-*

*ximus, qui TE AUGUSTAM, quod bo-
ni omnes precantur, quam diutissime ser-
vet incolumem.*

SACRÆ MAJESTATIS TUÆ

*Clientum infimus
FRANC. NOB. DE KOFFLER,
E Q U E S.*